



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

V. Die Markgrafen Otto und Woldemar schenken der Stadt Dramburg  
einen Platz zur Erbauung einer Mühle, am 27. Februar 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

V. Die Markgrafen Otto und Woldemar schenken der Stadt Dramburg einen Maß zur Erbauung einer Mühle, am 27. Februar 1306.

Nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et de Landesberg Marchiones, recognoscimus et ad noticiam uniuersorum tenore presentium volumus peruenire, quod dilectis nostris ciuibus in Drawenborch ob specialem fauorem, quo eosdem amplectimur, et in emendationem ciuitatis dedimus atque damus spacium, in quo edificabunt pro ipsorum profectu et utilitate molendinum iure proprietatis perpetuo possidendum. Eiusdem autem spatii due partes ad nos pertinebant, quas ipsis erogauimus, utpote jam est exstructum, Volentes huiusmodi donationem per nos liberaliter factam a nostris successoribus inuiolabiliter obseruari. In cuius facti testimonium presentes literas conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus communi. Actum et datum in nostra ciuitate Tz wed, anno domini millesimo trecentesimo sexto, in Dominica, qua cantatur Reminiscere.

Aus einer Ditzmann'schen Abschrift.

VI. Markgraf Woldemar vergleicht sich mit dem Caminschen Bischöfe Heinrich, daß die Stadt Dramburg 12 Jahre vom Bischofsgelde frei sein, nachher aber von jeder kultivirten Hufe einen Brandenburgischen Schilling jährlich entrichten soll, am 16. September 1312.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et Landesbergenfis Marchio tutorque incliti Johannis, Brandenburgensis Marchionis, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Nos cum reuerendo in Cristo patre domino Hinrico, Caminenfis ecclesie Episcopo, placuisse pro ciuibus ciuitatis Drauenburg tam presentibus quam posteris in hunc modum, quod ipsi a solutione denariorum episcopalium a festo beati martini post datum presentium proxime affuturo ulterius ad duodecim annos in antea computandos continuo esse liberi debeant penitus et soluti, Quibus quidem euolutis ciues predicti de quolibet manso culto dicte ciuitati adjacente vnum solidum Brandenburgensis monete Domino Episcopo Caminenfi perpetuo dare duntaxat et annis singulis tenebuntur. Dantes presentes literas in huius rei euidentiam nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum Soldin, anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, in die beate Eufemie virginis.

Aus v. Dreger'scher Abschrift des Originales.